

FACULTAS CLASSICAE PHILOLOGIAE
UNIVERSITATIS MOGONTIACI

BIBLIOTHECA
PAUPERUM COMMILTONUM
MEMERUM ANTIQUARUM
UNIVERSITATISQUE MOGONTIACI

EDITA AUXILIO ATQUE AUCTORITATE
CONSILI STUDENTIUM
CLASSICAE PHILOLOGIAE MOGONTIACI
STUDIIS COLENDIS ELECTI



MOGONTIACI IN AEDIBUS P·C·M·A·U·M
MMXXV

BOBULI ODONIS MERGOVILLAE
CONFLUENTIENSIS

OPERA
QUAE EXTANT OMNIA

EDIDIT ET APPARATU CRITICO
INSTRUXIT

ROBERT DÜCKERSHOFF

VOLUMEN I



MOGONTIACI IN AEDIBUS P·C·M·A·U·M

MMXXV

24. Somniandi generibus et modis quos iam vetustas distinguere
 noverat tractatis nunc praesentis opusculi naturam insignemque
 stirpem, antequam somnii verba ipsa et (quod etiam ne
 obliviscamur) priorem sermonis partem inspiciamus, quam
 5 brevissime possumus conemur aperire et examinare, ut in initio
 decrevimus, quanti momenti Sallustio iuveni fuerit illud somnium.
 Nam Sallustio seni consilium sermonis scribendi occasionem somnii
 narrandi dedit, quod diu se fassus est silentio texisse. Cum enim
 10 vitam praecipitantem sentiret, postquam totum se collocavit in
 historia perscribenda, nihil duxit aptius quam ut exemplum
 diligentiae ultimum ad memoriam posteritatemque proderet.
 Scripsit igitur sermonem, litterarum genus ad discipulos docendos,
 ut omnibus notum est, optimum. Sed eius sermonis, in quo Sallustius
 15 noster bene atque diligenter quomodo historia conscribenda esset
 docuit et inde se ipsum induxit senem disputantem, solum
 fragmentum superest; quod tantummodo continet somnium iuvenis
 et eius breve exordium.

25. Non veri dissimile est Sallustium, qui haesitator inter aequales
 habitus sit, quasi nocte consilium accepisse et propter somnium
 20 cursum historicorum, non poetarum elegisse. Inertia adulescentuli
 in consiliis capiendis etiam atque etiam in eius operibus appetet, ut

7 *cf. frg. 3* || 14 *cf. Lukian. hist. conscr. passim*

1 somniandi Δ: somniorum γ | noverat I: noverit N || 2 opusculi RU: operis γ || 3
 quod ... obliviscamur Ω: *om. ε* || 4 priorem ζ: praecedentem α | partem *corr. ε*:
 pratum Ω || 14 conscribenda Ω: perscribenda *corr. ζ* | inde ΔΘ: unde S || 15 solum Δ:
 unum γ || 16 tantummodo Ω: tantum *corr. ζ* || 19 sit ε: est *vett.* || 20 historicorum,
 non poetarum Ω: historici, non poetae ζ: non poetarum, sed historici α

iure meritoque nonnulli de brevitate eorum vel potius inconcinnitate loquantur. Incertum autem est primum, quo in loco vel qua in parte sermonis hoc fragmentum ponendum sit, deinde, de qua re pars perdita scripta sit, tum, cur Sallusti somnium ipsum, non aliae partes extent. Nam cum forte fortuna in possessionem notabilis codicis venissem, fragmentum inveni, quod venditore ignaro inter opera scriptorum, quos nugales poetas vel pueriliores vocatos esse scimus, abditum erat; iam pridem somnium notius esset, nisi longo tempore codicum foliis perperam iunctis utraque ex parte tectum esset.

5

10

III 1. [C. Sallustius Crispus:] post ubi convivium sublatum et iam diei vesper erat, ego in hortis modicis cum L. Ateio Philologo libertino ambulabam, mihi amicissimo, magnae largitionis, ceteris superante facundia, doctrina atque alia optanda, studioso, quem vini atque libris plenum stimularat lubido mentis. Vix se ex conspectu removerat, quom regressus Romanarum rerum summarium, ex quibus quas narrare vellem eligerem, mihi legendum mandat prius quam titubans domum pergit. Egradientem paucis *{verbis}* prosecutus in herba consedi, quo ad arborem quandam applicatus diei reliquum in litteris consumerem. Nam mihi adulescentulo in primis sicuti plerisque videbatur gravius famae gloriaeque quam veri reperiundi studio res gestas perlegere et (quoniam non cerae ipsi neque figurae vis est, sed in animo et corpore aemuli) quae vete-

15

20

12 L. Ateio Philologo *cf. Suet. gramm. 10* || 16 *cf. Id. ibid.* || 22–23 *cf. Sall. Iug. 4, 6*

1 iure meritoque Ω: meritoque *om. ε: del. GLINGNER* | eorum Δ: eius Θ || 2 loquantur ΔΘ: loquerentur *corr: S* || 6 venditore ignaro γ: a venditore ignotum Δ || 15 librorum *corr: Θ: libris Ω* || mandat γ: dat ε || 19 quo ΔΘ: ubi S | quandam *om. Θ*

res memoria digna putavere lubens accipiebam. Itaque sole occidente illustria ipse mecum carptim lectitavi. Nihil enim bonarum artium semper carius quam amicitiam atque fidem novi, tunc eo magis, quod mihi animus maxume fretus erat ebri consilio, tanta
5 lubido incesserat; denique voluntas sic adensa, ut conivere prius inciperem, quam somni cupido esset.

2. Dein repente aliquis iacentem me adgressus litterarum tres ex manibus eripuit, se vortit, fecit fugam in arbusta. Ego stupens fugientem intueor. Non fugam neque moras agitavi, sed, uti
10 adulescentiae est, maiore temeritate quam consilio surgere, incurrere; sceleratissimum per hortos persequi, inter arbores huc atque illuc discurrere. At ille vitabundus lapides missos etiam atque etiam suum iter flexit, ut demum per tramitem occultum perfugere conaretur. Eo cursu fatigatus pergo et a foliis ramisque faciem tueor,
15 insequens propere vestigia. Namque haud longe ab arboribus erat spatium inter muros, vix singulis hominibus satis patens; spinetis vepribusque et aliis naturae malitiis locus importunus; iter ignarum et angustum admodum, utrimque musco vestitum. Quibus angustiis penetratis maturantes ad templum quoddam pervenimus. Id
20 templum, in campo situm, magis iussu Iovis quam manu compositum videbatur, nullius apparatus egens et, quae marmoreae columnae porticum tectaque aurea sustinebant, iis ornatum. Aedifici aliquantum suo splendore lucebat, ut invito sole noctem in diem vor-

7 hic incipit somnium || 11–16 cf. Bob. hort. 3, 2 || 17 cf. Sall. Iug. 92, 5; 92, 7

1 accipiebam Ω: accepi ζ || 2 mecum om. ε || 8 se vortit Θ: vortitur V || 11 huc ... illuc Ω: om. Θ || 14 fatigatus γ: exspiratus ζ || 19–20 id templum RU: quod NI || 21 nullius apparatus Ω: nullo apparatu V

teret templum; sic fulsere pavimenta columnata parietes aliaque omnia. Dum admiratus summis gradibus ascendo, ille iam in aedis irruperat.

3. Itaque ante foris quaesitum non inveni, sed corpore robusto militem duabus hastis armatum ambulare. Qui ubi me venientem sensit, paulisper consistit, adcedit pleno gradu, exclamans: “Ks! Ks! Ks!” Ego quid vellet aegre intellegens, quom stupor me atque admiratio invasisset (non enim in quiete videbar illuc pervenisse nec mira cernere mente, sed quasi facta sensibus), primo ne balbutire quidem poteram, deinde quo nomine vocaretur et quid ageret rogavi. “Denarius”, inquit vigil, “nominor hic et alias appellor Chius. Custodio ego id, quod alii petant.” Atque ego “quaeso, dic mihi”, inquam, “an aliquem huc fugientem videris et, si scis, quo ille abierit. Nam praedatorem inprobum intestabilemque invenire volo, intoleranda audacia atque superbia, quo tres litterae sunt.” Haec ubi dixi, custos multa cum animo suo volvere videbatur, quoad tamquam itineris magnitudine fessus rupit silentium, laetitia atque gemitu respondens: “Si hominem trium quaeris litterarum quendam, ambula per porticum atque inter maiores vide!” Ostendit autem, quom hastas vibravit, viam, uti ad eam illico respicerem. Ego laudaturus atque, uti meritus erat, acturus gratias eram, primum quia me adpetentem aditu non arcuit, dein illius arma mihi auxilio,

11 Denarius ... Chius *i.e.* X || **18** hominem ... litterarum *cf.* Plaut. *Aul.* 325

2 summis gradibus ζα: ultumis gradibus RU: gradibus *om.* Q | iam Ω: etiam ε: et iam α || **5** ambulare Δγ: ambulantem S | qui Ω: is Vβ || **7** ego *om.* Θ || **8** invasisset ΔΘ: invaderet γ || **14** nam Δ: sed γ || **15** subreptae *add.* ε || **20** vide Ω: scrutare QV || **21** erat Ω: esset RDQ || **22** dein ε: deinde V: dehinc α

non calamitati fuerant, at ille ubi respexi ad locum, qua modo steterat, afuit.

4. Ego postquam tacitus trepidusque iter perrexi, tum ingressus in porticum illic statuas numero plures et undique positas reperio,
 5 earum paucitatem pro columnis, alias in alium modum formatas, maiorum atque veterum exempla, non acie neque ullo more proeli, verum concili aut pompa. Quom inter eas ambulasset, effigiem turpis regis apud dextumas crevi, turma minorum satellitum, quorum capita deciderant, saeptam, quasi omnes praeter stipatum
 10 capite poenas solvissent. Dein brevi eum etiam sine titulo agnovi: Scilicet L. Tarquinium, crudelissimum regem atque hominem magna superbia, circum corpus semper armatorum catervas habuisse neque quicquam praeter odium quaesisse, a populo non latum, sed patria expulsum. Quoi ubi tergum obvorsus discessi
 15 repentina intellego, quid vigilis verba significant – inveneram ‘hominem trium litterarum’ illum! Igitur ira incensus neque minus spe capiundi furis incitatus frontem percutio atque ad introitum recurrere volo, at viam invenire non possum. Nam qua visus erat, porticus ad infinitum pertinere videbatur. Perterritus ac dubitans
 20 pro effugio nitebar: currere, vagari, errare; lacrimas tenere; lacrimare; Denarium exclamare atque vocare Chium; quin a statuis auxilium petere et ipse mecum temptare omnia; deposita spe post multas tempestates subsedi.

16 hominem ... illum *i.e. Tarquinius rex*

1 rigidus Δ: frigidus corr. V || 9 deciderant Ω: abfuissent UD || agnovi Ω: cognovi RUS || 15 significarent S: significassent ζ || 18 viam invenire Θ: in viam venire V ||

20 pro *del.* γ || 22 ipse *del.* γ | temptare omnia Ω: omnia temptare *transp.* D

5. Ita evenit, ut flens C. Iulio Caesari, marmoreo ac non viro ipsi, ad pedes submissus suspicerem. Id fato an casu adciderit, parum cognovi. Probitatis atque clementiae specie erat, statura excelsa, fronte contracta, gravibus oculis ex nigris gemmis factis, dextra ferrum retinens. Ac non longe ab eo positam aliam statuam aspexi illius M. Tulli Ciceronis, qui novus numero oratorum paeclarorum habetur. Eum statim agnovi, quia facile severo voltu quasi tacito sermone notus erat – paene paratus ad subitam orationem videtur. Inter eas positus multos gemitus dabam, dum marmoreus Caesar me cohortari incipit. “Quid gemis,” inquit, “Crispe? Quid speras? Quem casum tuae ostendundae virtutis expectas?” Haec ubi dixit, ab statua Ciceronis vox eius aeque emittitur: “Magno opere te”, inquit, “hortor et rogo, mi Crispe, uti memoriam solam rerum gestarum relinquas et ab amplexu istius magistrae vitae dimissus calamum sumas ad versus fundundos. Quo usque tandem legundo, qui plane poeta fies, abutere tuo ingenio atque virtute?”

6. Ex brevi atque meditato intervallo ad reliqua pergere velle videbatur, cum Caesar sermone absoluto celerrume “St, tace,” inquit, “o soror venusta, nam sola huic patrona ero!” Leviore sono ultuma dixit et illa vox feminae videbatur; forma incipit huiuscmodi mutari: statim exsangue marmor mollitur atque membra mollita fiunt, uti corpus tenerum appareret nec rugae permanerent in ore.

12–15 cf. Cic. fam. 16, 28, 1 = pret. Petron. MMXXIII || 10–11 cf. Caes. Gall. 5, 44 || 15–16 cf. Cic. Catil. 1, 1

7 habetur γ: habitus est Δ: haberetur ζβ || 11 tuae ostendundae virtutis Δ: tuam virtutem γ || 12 eius γ: illius RU: om. Θ || 14 dimissus Ω: dismissus VN || 19 huic del. ζ | ultuma Ω: verba add. ε

Toga pallae cedit, tabula in manibus oritur. Iamque se vehementer concussit statua, uti capillus rigidus in crinis flavos vorteret, quos laurea corona cingeret; sic et egregi viri pectus magis magisque crescit neque prius desinit, quam mulierum ubertatem atque
 5 formositatem adaequaverit. Ita dea fulgendo emersit. Quam ego ubi humanarum atque divinarum rerum memorem Musam nomine Clio agnovi, reverens cohorui et quidem oculos deieci. Ea autem “Noli metuere”, inquit, “et advorte animum!”

7. Ego tamen praeter eam circumspecto alia omnia Ciceronis dicentem imaginem quaerens, illa autem eodem modo formam oratoris removisse videtur ac divinam ostendit: Pulcherruma stabat, praeclara facie, fides manu tenens et, qua capillus promissus colligitur, hedera coronata, alia Musarum (specie, ut puto, Calliope fuit). Signo longinquae tubae dato magnifice simul et ornate loquebatur, eleganti voce orationem numeris vinxit; tanta ei fuit gravitas, ut facile ducem pedites ad iter paratos, non poetam pedes minutos componentem haberet. “Sic”, inquit, “*verborum inter nos certamen sit acerbum!*”

8. Eo modo inter se duae deae, summae casmenae, verbis certabant, ipsae pares, ceterum genere dispari: Nam Calliopae varietas dicundi erat, numerus poeticus; Clio alia multa opportuna ac maxume celeritas. Denique illa, quam ceteris praeferundam poetae aiunt, ubi intellegit neque sibi velocitatem laccessundi esse ne-

13 cf. Prop. eleg. 3, 3, 38 || 17–18 v. hex., cuius spondei fort. gravitatem significant ||
 22 illa ... aiunt i.e. Calliope, cf. Hes. theog. 79

2 rigidus Δ: frigidus corr. V || 2 concussit γ: concusserat S || 9 alia omnia γ: omnia alia transp. ε || 19 eo modo Δ: quo modo ε || 23 sibi del. a

que ab advorsaria copiam respondendi fieri, pede pulsante, sicuti earum est, certamen omittit. “*Nunc*”, inquit, “*fateor: tibi sit iuvenis, qui dormit in horto!*” Clio autem vicit, venit, verba fecit tam incredibili celeritate, uti pauca exaudirem; tantummodo haec paucissima memoria teneo: “Bene utere”, inquit dea, “tuo, quoniam vita mortalium, qua fruimini, brevis est, tempore! Vide, ne nugando res Romanorum oblivio deleat! Tu ut facta dictaque illustrium, ut studia civilia, ita te ipsum prode omnium saeculorum memoriae perscribundo res gestas, bella, alia multa!” Ita me iacentem amplectitur; mihi caput dolet.

5

10

9. Repente excussus eius manibus et somno, postquam nuces diu ramis arboris impeditas ventus agitabat atque ita disiectae mihi in caput cecidere, clamorem ad caelum edidi. Surgere, sumere summarium, perspicere proxuma: iam pleroque noctis in quiescendo praeterito inspiciebam obscuro etiamtum lumine excitatriculas humi dispersas, quom scribundi inpetus mihi fit multo artior quam solebat; quibus relictis me ex hortis domum proripui. Facto, non somno in tali nocte opus esse sentiens fudi hos versus, quod et hodie meminisse iuvat:

15

Quomodo ego historicus sim factus iure requiris;
nocte intempesta paene poeta fui.

20

2 earum *i.e. musarum*, cf. *Enn. ann. 1, 1* | nunc ... horto v. hex. || 3 vicit ... fecit cf. *Plut. Caesar 50, 3; Suet. Iul. 37, 2* || 17 quibus relictis *sc. nucibus*, cf. *Catull. 61; Pers. 1, 10*

5 dea Ω: ea VN | haec paucissima memoria Δ: hanc paucissimum memoriam γ || 6 mortalium Δε: mortalis αζ || 8 ipsum om. ε | prode γ: prodes Δ || 9 alia multa Ω: multa alia *transp.* ζ; multa om. ε || 12 mihi Δ: meum RS || 17 solebat Ω: soleo ε: solere V || 18 esse om. α || 19 quod Ω: quos ε: quorum UQ